23. *Princeps omnibus omninò eſt ſolutus Legibus.*

24. *Non datur æquitas ſcripta.*

25. *Monetæ mutata bonitate extrinſeca tempus ſolutionis eſt attendendum.*

26. *Imperium mixtum & Jurisdictio ſimplex differunt.*

27. *Non verò imperium merum & Jurisdictio criminalis.*

28. *Timor infamiæ non eſt juſtus metus. Quid ad l. 8. §. 2. D. quod metus cauſa, cui vix vidi hactenus fuiſſe ſatisfactum reſponderi poßit, videbo.*

29. *Inter re tantùm conjunctos non eſt Jus non-decreſcendi, ſed Jus accreſcendi.*

30. *Ita & inter verbis conjunctos.*

31. *Adhuc ſtatuo, mutuum eſſe contractum* δίπλευρον.

32. *Nulla eſt antinomia inter l. 15. D. de Reb. cred. & inter l. 34. D. mandati contra Bacchovium.*

33. *Quod per errorem juris ſolutum eſt indebitum, condici nequit.*

34. *Condictio indebiti deſcendit ex q. contractu.*

35. *Condictione indebiti transfertur dominium.*

36. *Condictio furtiva non tranſit in hæredes inſolidum.*

37. *Venditor præcisè cogitur ad rei traditionem contra Bacchovium.*

38. *Portio accreſcit quandoq; portioni, quandoq; perſonæ.*

39. *Actio pœnalis mixta concurrit cum rei perſecutoria actione electivè, non verò cumulativè.*

40. *Jus*